

## AN

12

**AN** Ambages est dubia locutio vel effugatio ser-  
monis extra propositū.

**Ambiguum** est ubi opiniones sunt et iura varia  
videntur. de sen. excō. inter alia. de iudi. c. j. l. l.  
vj. Et ius ambiguum est per summū pontificē  
declarandū. c. p. venerabilē. s. ratiōib. q. si.  
sunt legi. et de rescript. sup. l. f. de offi. dele.  
sup. d. causa poss. pastoralis. de pben. quia  
sepe. lib. vj. fm archi. Et de triplici ambigui-  
tate. s. iur. facti. et p. one. nota. c. r. iij. dist.  
ca. si. fm. Jo. an. in pbenio de. sup. verbo  
ambiguitatis.

**Ambasiator** est legatus principis in arduis ne-  
gociis. et ambasiata est huiusmodi legatio p. ali-  
orū vel principū in causis suis.

**Administratores** sive administratores rerum publi-  
carum est qui temporalia gerit. sed magistratus qui  
iurisdictionem exercet fm. Jo. C. de adm. rei  
pub. l. ij. in rubro.

## De AN

**Anathema** vno modo est substantivum. et est da-  
natio eterne mortis. et non nisi per mortali cri-  
mine debet imponi. Et in illis qui aliter non  
patiuntur corrigi. c. q. iij. Nemo episcopus in fi-  
deli est excommunicatio seu suprema maledictio.  
Et dicitur ab ana. i. sursum et thema figura. quod  
olim imprimebatur figura frontibus damnato-  
rum. De hoc no. Jo. an. de iudi. cum non ab  
homine. ubi post excommunicationem incorrigibi-  
lis anathematis mucrone ferit. id est puni-  
tur. id est solenni excommunicatione. cum. r. ij. episco-  
pis candelas in terram proijcientibus et con-  
culcantibus. vt in. c. debet. c. q. iij. Et ana-  
thema tale vel maledictio solebat fieri per  
litos. Vel dicitur ab ana quod est rectum et  
thamos diuisio quasi recta diuisio damna-  
torum a deo et a plebe. Alio modo anathema est  
adiectivum omnis generis indeclinabile. et dicitur  
excommunicatus. maledictus. separatus vel da-  
natus. unde. Qui frangit rapit ac vrit ferit  
est anathema. Frangit. s. ecclesias. rapit res  
alienas. vrit etiam ecclesias. ferit personas ec-  
clesiasticas. Inde etiam anathematizare. id  
est damnare vel excommunicare. maledicere vel  
separare. vt sup. a.

**Anathematizatus** dicitur qui tanquam impius a deo se-  
paratus est. et ponitur per excommunicationem. vt. c. r. iij. q.  
iij. certum est.

**Annalis actio** est que certo tempore finienda est

puta anno. vt iniuriarum vel iniuriarum.

**Annona** fm. Jo. dicitur salariū quod cuiusque per capi-  
te suo remuneratiois causa datur. vnde est titulus. C.  
de anno. et capitulum administrati. l. capite. fm. Jo. l.  
capitio. Sic enim fm. eum capitio dicitur tributum  
quod datur per capite. id est huiusmodi tributum vel capite po-  
nitur per eo quod datur magistratibus causa salarii per re-  
munerando labore. Et dicitur capitio de capite.  
quod est p. clu. debitu capituli. l. dignitati. Et erat  
hec p. clu. q. in singulorum magistratuum descripti-  
onibus cartis ligabantur.

**Annone militares** dicuntur quod milites singu-  
lis diebus percipiunt. vt. C. de anno. mili. l. vl.  
ubi dicitur quod ipsi annonas et capitia singulis per-  
cebant diebus.

**Annone civiles** sunt que publice dabantur iudi-  
cantibus iudicibus. vel omnibus tempore necessitatis per  
singulos dies. vt. C. de anno. et tribu. l. ij. l. l.  
r. Etiam annona est seges vel frumentum vni-  
us anni.

**Annotatio sacra** est scriptio bonorum vel eorū  
notatio seu assignatio veluti cum aliquis  
culicūque criminis reus si absentat se vocat ad  
iudicium patet bonorum annotationem vt si in-  
fra annum venerit et se purgauerit bona sua  
recuperet. Si autem non venerit tunc fisco appli-  
cent. Et quiter fiat annotatio ponit Spe-  
ti. de acti. s. si. ver. sed quiter. dicens quod p. res  
sive iudex veniet cum tabellione ad domum  
accusati. et inquit quod domus. quot p. dia. ris  
stica. quot iugera terre habeat in bonis et.  
Et omnia bona illius qui non venit citatus po-  
nit in banno fisci. nisi venerit infra annum  
ff. de requi. reis. l. j. s. i. Ab hac tamen sententia  
condicionali poterit appellari. de appel. pre-  
terea. Et describunt bona que tamen fisco  
de facto non occupat nisi post annum. Post h-  
iterum per edicta requiret accusatus. et citatus mit-  
tit lras suas iudici vel rectori loci i quo de-  
get accusatus vt per illi citato inotescat se ac-  
cusatum vel citatum et bona esse annotata.  
Inde venit verbum annotare. vel e contra ab h-  
verbo ipsum nomen.

**Annotatio sacra** dicitur rescriptum illud quod  
imperator proprio motu mentis indulget  
alicui constituens fm. preces eius seu illius  
us aliquid fieri vel non fieri. C. de diuer. res-  
scrip. l. si. et ibi in glo. Et notat cardinalis  
sabor. in. c. super litteris. de rescript. differen-  
tiam inter annotationem et pragmaticam san-  
ctionem.

b 4